



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 67. Caput III. De Ministro hujus Sacramenti, & de tempore, quo administrandum est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

§. LXVI.

CAPUT II.

De effectibus ejusdem Sacramenti.

„Res porro, & effectus hujus Sacra-
 „menti illis verbis explicatur, &
 „oratio fidei salvabit infirmum, & alle-
 „viabit eum Dominus: & si in peccatis
 „sit, dimittentur ei. Res etenim hæc
 „gratia est Spiritus Sancti, cujus un-
 „ctio delicta, si quæ sint adhuc expian-
 „da, ac peccati reliquias, abstergit, &
 „ægroti animam alleviat, & confirmat,
 „magnam in eo divinæ misericordiæ fi-
 „duciam excitando, qua infirmus sub-
 „levatus, & morbi incommoda, ac la-
 „bores levius fert, & tentationibus
 „dæmonis, calcaneo insidiantis, fa-
 „cilius resistit, & sanitatem corporis
 „interdum, ubi salutem animæ expedie-
 „rit, consequitur.

§. LXVII.

CAPUT III.

*De Ministro hujus Sacramenti, &
 de tempore, quo administrandum est.*

„Jam vero quod attinet ad præscriptio-
 „nem eorum, qui & suscipere, & mi-
 „nistrare hoc Sacramentum debent,
 „haud obscure fuit illud etiam in verbis
 „prædictis traditum, nam & ostenditur
 „illic, proprios hujus Sacramenti mi-
 „nistros

„nistros esse Ecclesiae presbyteros, quo Sæcul. XVI.
 „nomine eo loco non ætate Seniores, A. C. 551.
 „aut primores in populo intelligendi
 „veniunt, sed aut Episcopi, aut Sa-
 „cerdotes ab ipsis rite ordinati per im-
 „positionem manuum presbyterii. De-
 „claratur etiam esse hanc Unctionem
 „infirmis adhibendam: illis vero præ-
 „sertim, qui tam periculose decum-
 „bunt, ut in exitu vitæ constituti vide-
 „antur: unde Sacramentum exeuntium
 „nuncupatur, quod si infirmi post sus-
 „ceptam hanc unctionem convaluerint,
 „iterum hujus Sacramenti subsidio ju-
 „vari poterunt, cum in aliud simile vi-
 „tæ discrimen inciderint.

„Quare nulla ratione audiendi sunt,
 „qui contra tam apertam, & diluci-
 „dam Apostoli Jacobi sententiam, do-
 „cent hanc Unctionem, vel figmentum
 „esse humanum, vel ritum a Patribus
 „acceptum, nec mandatum Dei, nec
 „promissionem gratiæ habentem: &
 „qui illam jam cessasse asserunt, quasi
 „ad gratiam curationum duntaxat in
 „primitiva Ecclesia referenda esset; &
 „qui dicunt, ritum, & usum, quem
 „Sancta Romana Ecclesia in hujus Sa-
 „cramenti administratione observat, Ja-
 „cobi Apostoli sententiæ repugnare,
 „atque ideo in alium commutandum
 „esse; & denique, qui hanc extremam
 „*Hist. Eccles. Tom. XLI. I* „Un-

Sæcul. XVI.
A. C. 1551.

„Unctionem a fidelibus sine peccato
„contemni posse affirmant : hæc enim
„omnia manifestissime pugnant cum per-
„spicuis tanti Apostoli verbis, nec pro-
„fecto Ecclesia Romana, aliarum om-
„nium Mater, & Magistra, aliud in
„hac administranda Unctione, quan-
„tum ad ea, quæ hujus Sacramenti
„substantiam perficiunt, observat, quam
„quod beatus Jacobus præscripsit : ne-
„que vero tanti Sacramenti contemp-
„tus absque ingenti scelere, & ipsius
„Spiritus Sancti injuria, esse possit.

Postquam igitur Synodus in relatis
hisce capitibus Ecclesiæ doctrinam circa
Pœnitentiæ, & extremæ Unctionis Sa-
cramenta, necnon ea, quæ ab omni-
bus Christi fidelibus credi vult, expo-
suit, insuper circa eandem materiam
Canones nunquam violanda fide ser-
vandos, ac tenendos proponit, atque
eos, qui contrariam opinionem propu-
gnant, perpetuo damnat, necnon ana-
themate notat. Percipiamus itaque
hosce Canones, quorum quindecim Sa-
cramentum Pœnitentiæ, quatuor vero
duntaxat extremam unctionem concer-
nunt.

§. LXVIII.

*Synodi Canones de Sacramento Pœ-
nitentiæ.*

C. A.